

Birckhoff de planterum, praesertim Cryptogamicarum tracta et analogia
Heidelbergae 1825.

Mohl Einige Bemerkungen über die Entwicklung
und den Bau der Sporen d. crypt. Gew.
Ber. Abdr. aus d. Flora v. 1833. Regensburg.
1833.

Fischer Specimen de vegetabilium imprimis
Filicium propagatione Diss. Halle 1804.

Huperz De Filicum propagatione cui adnexa
Fruct. Marattii descriptio de vera florae
existentia in plantis dorsiferis Dissert.
Göttingae. 1798.

Danzel De Lycopodii herba et semine Diss.
Göttingae 1814.

Rubel De Agarico officinali Diss. Vindobonae
1778.

Raffeneau-Delile Avis sur les dangers de
l'usage des champignons sauvages dans
la cuisine (Extr. d. Bull. d. Soc. d'Agricul.
de l'Hérault. 1825)

Corda Genera Hepaticarum. Die Gattungen der Leber-

moore. (Aus Opiz Beiträgen z. Natur.
gesch. besonders abgedruckt
(Gmelin) Beschreibung der Milzblätter-Thüm-
me im Großherzogthum Baden. Karls-
ruhe 1825.

~~Edelweiss~~ ~~Rododendron~~ ~~Salix~~ ~~etc.~~
~~verbascum~~ ~~Alpinia~~ ~~etc.~~
Karlsruhe 1825.

SPECIMEN IN AVGVRALE
MEDICO-BOTANICVM

DE

FILICVM
PROPAGATIONE

CVI ANNEXA EST

A. J. FRANC. MARATTII
DESCRIPTIO DE VERA FLORVM
EXISTENTIA IN PLANTIS
DORSIFERIS

EX DECRETO

GRATIOSI MEDICORVM ORDINIS
PRO SVM MIS IN VTRAQVE MEDICINA
HONORIBVS

D. XIX. JUL. MDCCXCVIII.

LEGITIME OBTINENDIS PROPOSIT

AVCTOR

JOANNES PETRVS HVPERZ
OLPENA - GVESTPHALVS.

ACCESTIT TABVLA AENEA

GOETTINGAE,
TYPIS GRAPIANI\$.

SPRECHEN UND SCHREIBEN
MEDICIS BOTANICIS
DE
LITIGIUM
PROGAGATIONE

CAVILLANEXA ET
EX ALTRIAC MARKETTE
DISCERNITIO DE VERBIS DOLORUM
EXISTENTIA IN ITALIA
DORSITERRIS

EX DECERTO
GRATIOSI MEDICORVM ORDINIS
LIGASUMMIS ATRAVAE MEDICINA
HONORIBAS

D. XIX JUN. MDCXXCVII
FESTIVIS DILEXIMOS PROSOTIS

AGCTOR
SODOMIS PATRIS HUPEIS
OFFICIA - DISSETA

APPENDIT TATIANA AEMEA
COEFFINGER
TITUS GALLIUS

— —

ΑΠΟΓΡΑΦΗ

ſeu

*Descriptio de vera florū existentia,
vegetatione & forma in plantis dorsife-
ris, sive epiphyllospermis, vulgo ca-
pillaribus.*

*Anct. Io. Franc. Marattio abb. Vallumbr.
Romae MDCLX.*

Quod plures botanici existimarint, plan-
tas dorsiferas insueta vegetatione, ac alie-
na prorsus Naturae via, quam aliae plantae
perpetuo servant, coalescere, factum esse
suspicio ob exiguum ipsarum partium
explorandarum molem, implicatamque
positionem, atque etiam fortasse ob prae-
iudicia, quibus nondum exuto animo ad
perpendenda accesserunt Naturae consilia,
cuius solertia nulla ars, nulla manus,
nemo Opificum assequi imitando potest.

A

Id

2

Idcirco cum exploratum habeam,
praecipua quaeque inventa plurium esse
aetatum, plurimorumque hominum in-
dustria egere, iam diu mecum constitui
operae pretium futurum esse accuratius
expendere veterum botanicorum senten-
tiam, qui Filicem, Lonchitidem, Polypo-
dium, ac Filiculam, cum Trichomanę,
Lingua Cervina, Hemionitide, atque
Adianto, Asplenioque communi caeteris
Vegetabilibus ferendorum florum fructu-
umque potentia exfortes fecere, illamque
novis semper, non eodemque modo, sed
varie institutis tentaminibus explorandam.

Enim vero cum saepenumero, aut
oculis nudis, aut vulgaribus instructus
microscopiis ad observandum ante omnia
accesserim Filicem, Lonchitidem, & Po-
lypodium, nihil licuit in harumce her-
barum productionibus, quae sub pin-
nulis foliorum occurrunt, quam corpus-
cula quaedam inspicere subconvexae fi-
gurae (a. a.) Fig. I. Fig. II. duplii ordine
hinc indeque disposita. Verum aviditate,
atque internoscendi studio vehementer
permotus, perfectissimo microscopio mi-
hi comparato, corpuscula illa multifari-
am

am versabam, ac diversis temporibus, ac circumstantiis nexus minimarum partium contemplaturus meditabar, quod ut semel & iterum perfeci, mihi statim in mentem venit tentamen sub incidentibus radiis Solaribus institutum, planius omnino futurum, quare ad periculum faciendum me paravi, sociatis etiam in id sapientibus viris, atque in perscrutanda rerum natura plurimum assuetis, quod quidem, superis annuentibus, bene mihi feliciterque evenit. Tunc enim agnovi praefata corpuscula, quae primo infimo pinnularum parieti arcte firmiterque adhaerebant Fig. XI., observavique, eadem haec corpuscula nil aliud esse, quam flores (B.) Monopetalos pileiformes, in ore patentes, margine integro, in matritate plicato Fig. XII. (w.) Fig. I. Fig. VI. apicibus duobus (G. G.) cum pistillo brevissimo filiformi, ex umbilico (3.) egrediente, & ovario infixo, connubio stabili illi jungentibus. Non ita multo post e basi florum (B.) etiam in pinnularum plano erumpere circulariter, & aberrantes etiam observavi nonnullos alios flores (C. C.) atros, rutilantesque, formaque

A 2

sphae-

sphaerica praeditos, pediculis suis innixos (Fig. I. Fig. II. Fig. III. Fig. IV. Fig. V. Fig. VI. Fig. VII. Fig. VIII.) qui sensim in duas partes dividebantur (Fig. V. Fig. VII. Fig. VIII. & Fig. IX.) (e.) e fundo quorum

In prima florū B.) vegetatione, corpuscula quaedam obscura a. a.) & exigua apparent, punctulorum formam prae se ferentia, quae hinc indeque à costula distare solent, inversaque pinnularum plano adhaerent. Porro haec corpuscula sensim augentur, donec ad perfectionis gradum flores perveniant, semperque nudis oculis conspicuntur. Corpuscula ista a. a.) Fig. I. adaucta separatim pileum exprimunt 5) Fig. XI. Fig. XII. nempe corpus subrotundum, ala foliacea circumdatum, quae per maturitatem extenditur, & ad centrum ita plicatur, ut in florem pileiformem convertatur. B.) Fig. I. Fig. VI. Fig. XI. & Fig. XII.

In secunda vegetatione ex basi huius floris B.) alii quoque flores, C. C.) erumpunt, & per florem B.) undique vagantur, qui veluti infectorum ovula apparent, 7.) pinnularumque parieti adhaerescunt: Demum hi flores C. C.) propriis pediculis innixi, procula cervice clarissime se ostendunt.

An isti flores C. C.) monopetali sint, an bipetali, nondum exploratum habeo, ob eorum exiguitatem.

Antherae in flore B. B.) sunt duae tantum in fundo floris, hinc inde parieti petali coniunctae Γ. Γ.) parvulæ

rum exurgebat congeries staminorum propriis apicibus uterum circumdantium. Fig. V. Fig. VII. Fig. VIII. Fig. IX. Fig. X. (*) huiusmodi flores (B. B.) (C. C.) simul in iisdem plantis, nempe in Filice, & Lonchitide permixti quasi semper reperiuntur, ut patet (22), idcirco ob strucram, signanterque ob organa tam sexui femineo, quam masculino, dicata ibique unita, mihi ansam dedere tam primos, quam alteros, Androgynos iudicandi.

Flores vero (B. B.) per dies plures patent, in eorumque finu ovarium umbilicatum haemisphaericae figurae (3.) amplexantur, in quo tenuissima semina perficiuntur, facillime vegetantia & longe diversa a furfuracea lanugine, quam Cae-

falpinus

parvulae sunt, & subrotundae, punctula duo simulantes.

Flores (B. B.) (c. c.) aliquando eadem in planta, eademque in pinnula 4.) promiscue, modo separatim vegetant. Fig. II. IV. V. III.

Caesalp. lib. 16. cap. 2.

Semina (m.) exigua sunt, fereque pulvisculi granula repraesentant, atque seminibus Orchitis, Neotliae Hermimii, Ophrytidis &c, similia plane sunt.

A 3

Salpinus adnotavit. Flores (c. c.) autem ea lege erumpunt, & vegeti remanent, usque dum ab apicibus fecundata ovulorum sede, nempe effuso pulvisculo plastico, inermes hinc inde (4.) languescant, mox avulsi à suis pediculis toti sese effundunt una cum seminibus fecundatis in eorum sinum, unde in posterum terrae subacta, statis temporibus enascitur nova proles.

Quod vero attinet ad reliquias herbas dorsiferas, inter eas, atque illas, quarum examen modo absolvimus, haec fere intersunt. In Filiculae, Trichomanis, Ruta murariae (Fig. IV.) Linguae cervinae, Hemionitidis (Fig. III.) Asplenii, atque Adianti posticis pinnularum foliorumque parietibus, nempe ex aliquibus sinubus sulcatis (n. n.) emergit tam numerosa florum (c. c.) congeries, ut ii aliquando superficiem foliorum inferiorem tegere videantur, sed isti sunt longe exiliores, quam in Filice, & Lonchitide, & nunquam flatum prorumpendi ordinem immutantes.

In Polypodio vero (Fig. II.) flores enascuntur semper eiusdem formae, tantum
(cc.)

— 7 —

(cc.) circulariter, aggregatimque dispositi.
(77.)

In Osmunda tamen flores tantummodo (c. c.) Fig. V. vegetant in ramulorum summitate quasi in botrum dispositi.

In Ophioglosso flores duntaxat (c. c.) in spicam lingulatam utrinque ordinati inveniuntur.

Qua propter ex his, quae hactenus perpendimus, clare aperteque dignoscitur, quam longe a veritate recesserint auctores alioquin de re botanica meritissimi, quorum alii arbitrii sunt, plantas dorsiferas nullis floribus à natura fuisse donatas, alii sibi persuaserunt, oviformia corpuscula, quae totidem sunt flores Hermaphroditi, (c. c.) pura esse semina: alii vero, meras esse capsulas semiñales. Huiusmodi autem sententiae repetendae sunt vel à minori, quam quae in his oportebat, diligentia botanicorum, vel a taedio & lassitudine, qua in iterandis observationibus afficiebantur, ita ut superficialiter tantum, aut confuse, vel nihil considerarint mutationes, quibus diversis temporibus eadem plantae

A 4

dorsi-

dorsiferae obnoxiae sunt, vel tandem quia explorationes dumtaxat peregerint vegetationis initio, cum nimirum praefata corpuscula, nempe flores, plano pinnularum arctius infiguntur, vel in fine, quando, exhausto robore, iam iam vires languescunt.

Haec porro, qui plane intueri per se cupiet, quod exopto summopere, tan-
ta

Perspicuum sane est, recensita corpuscula oviformia esse flores, (C. C.) idque forma, organaque feminae, atque mari dicata, clare evincentur.

Tam recentiores botanici, quam antiqui, in sententias varias abidere, quos inter JOSEPH PITTON TOURNEFORT Inst. R. H. 538. tab. 310. 311. 312. 313, idem ibidem tab. 314. idem 540. tab. 315. idem 541. tab. 316. idem 543. tab. 317. idem 544. tab. 318. idem 546. tab. 319. 320. idem 548. tab. 324.

Malpigh. Anatomi. plant. T. p. c. de uteror. aug. Herman. Boerh. hisp. plant. part. I. f. 37. 38. usque ad 45. Carol. Linn. Gen. plant. Gen. 938. 940. usque ad Gen. 947.

CHRISTIAN GOTTLIEB LUDWIG descr. Gen. plant. fol. 286. num. 942. usque ad 952.

HALLER. Enum. Plant. I. 2. 3. Aliique quam plurimi &c.

In Climate nostro plantae Osmunda, & Ophyoglossum, Aprilis & Maii mensibus, flores habent.

Lonchi-

ta induatur patientia ac sedulitate nec-
sum est, quantam & experiendi subiecti
exilitas, & assidue mutationes, quibus
illud est obnoxium, postulabunt; etenim
is & optimo microscopio munitus sit oportet,
nec taedeat, iterum & tertio illudi,
quin imo, variatis circumstantiis, & tem-
pore, sub ipsis quoque immediatis solari-
bus radiis examen repetere debet suis
datis temporibus, quod idcirco cautum
volui, ut commonistrata via ad tam utile,
atque iucundum inventum, eam veluti
explanarem paeclarissimis Naturae con-
templatoribus, quorum interest.

Ne quis autem opinetur flores C. C.
Fig. I. non per se revera flores esse, sed
potius naturae providentia fuisse compa-
ratos ad munus Antherarum gerendum;
floribus (B. B.) Fig. I. & eorum fecun-
dationi inserviendum; idcirco eiusmodi
fallaciam brevi hac elucubratione detege-
re nostrum esse censuimus. Tot tantae-

A 5 que

Lonchitis, Felix, Filicula, Trichomanes, Adian-
tum, Ruta muraria, Hemionitis, Lingua cer-
vina, nec non Asplenium & Polypodium
mense Maii, Junii, atque Julii florescere sem-
per solent.

que adsunt magni momenti rationes ad suadendum, praefatos flores (C. C.) suum proprium genus per se constituere, minimeque naturae lege destinatos esse ad fecundationem florum (B. B.) ut vel simplici earum enumeratione demonstrationis opus perfici posse videatur. Ea namque in primis validissima ratio esse dignoscitur; quod flores (B. B.) utroque sexu, antheris videlicet ac utero, distincte praediti existunt; proindeque ex contraria hypothesi sequeretur, sterilem remanere debere uterum florum (C. C.) nullique usui profuturas esse antheras florum (B. B.); quod quam maxime providis Naturae legibus adversari, nemo non intellegit.

Ceterum autem notum est, flores B. B. aequae ac flores C. C. utroque sexu, antheris uteroque, distincte munitos esse, idque experientia rerum magistra evidenter suadet; siquidem secundari quotidie aspicimus plantas dorsiferas, licet in iis soli flores (C. C.) vegetaverint; quod absque ulla dubitatione fieri nequiret, si flores C. C. non essent veri flores, proprio

prio utero antherisque instructi, sed simplices tantummodo antherae.

Qua in re multoties iteratis accuratissimis experimentis usi fuimus, folia Polypodii, Linguae cervinae, Filiculae, & Hemionitidis &c. tunc temporis, cum eorum semina praematura videbantur, super terram ad rem dispositam, resupina ex parte florum apte collocavimus, atque ut quaevis erroris suspicio averteretur, illa pari modo super laevigata tabula imposuimus, maximaque subinde iucunditate postridie, licet aliquanto paulo serius, deprehendimus flores (C. C.) ex propriis pediculis avulsos, miroque ordine dispositos, super eadem tabula granulorum arenae formam referentes.

Eorum quisque bifariam scissus apparuit, atque eorum nonnulli minutissimo pulvrisculo, nempe semine ex utero prodeunte, circumsepti deprehendebantur. Postmodum hisce, accurata veluti analysi, peractis, una simul omnia collegimus, atque terra desumpta eo loci, ubi antea eiusdem generis plantae minime vegetaverant,

verant, illam tenuiori cribro traiecamus, ferventissimisque Solis radiis subegimus, ut illorum ope similia semina, si forte adfuissent, adurerentur, ac in dissipationem abirent; mox eiusmodi terrae, valde perpolitae, praedictos flores (C. C.) reliquosque proprio eorum pulvisculo, id est, semine ex utero egresso, admixtos commisimus: denique terram ipsam, semine eo modo conspersam, in loco semiumbroso atque humidulo, aliam in cavitatibus annosae arboris, aliam in rimis saxosis madidis ponis fategimus; ita ut ambigi nullo pacto posset, quo minus plantae hinc prosilientes iactis feminibus fuerint progenitae (A.)

Denique in omnimodam nostrae sententiae confirmationem accedit, quod si in fecundatione florum B. B. anthera- rum munus foret explendum a floribus; (C. C.) utrosque flores simul constanter Natura coniunxit in omnibus plantis dorsi-

A) Explorations iteratae fuere multoties, annis distinctis, locis ut supra, ferme semper felici cum eventu; nam plantae dorsiferae, quarum flores (C. C.) conspersi fuerunt, sua semina in utero gestantes, secundum propriam speciem, seorsim vegetarunt.

dorsiferis, non in earum aliquibus dum-taxat, in illis nempe, qui ex genere Fili-cis & Lonchitidis sunt; cum in caeteris plantis Epiphyllospermis solummodo flo-re (C. C.) vegetare semper adspiciantur.

Itemque constans perpetuumque fo-ret, ut in hisce plantis, videlicet Poly-podio, Filicula, Osmunda, Hemionitide, Adianto, Ruta muraria, Trichomane, at-que Asplenio eadem servaretur reciproca distinctio inter unam & alteram speciem, minime vero, quemadmodum fieri sem-per observamus, in una atque eadem specie praedictae plantae aliquando flori-bus (C. C.) mutatis vicibus donarentur.

Merito igitur proscribenda esse vi-detur contraria hypothesis, atque conclu-dendum, Flores C. C. Fig. I. non esse Antheras, vel quidpiam aliud ex Botani-corum suppositis, sed veros utique, & distinctos Flores Hermaphroditos, in quo-rum sinu ad maturationis perfectionem perveniunt eorum semina, tenuissimis partibus organicis praedita, quae terrae deinde commissa in totidem plantas suae cuiusque speciei paulatim excrescunt.

Si

Si quis cupiat eiusmodi plantas dor-
siferas floribus B. B. & C. C. onustas,
atque illas in quibus scatent soli Flores
C. C., quemadmodum superius expo-
suimus, propriis oculis intueri, me sui
conscium reddat desiderii, & ei facile sa-
tisfaciam; nam quotannis plurimas ex
hunc plantis feligere, earumque exsiccata
sceletra asservare consuevi in gratiam Bo-
tanicae Professorum, eorumque, qui Natu-
ralis Historiae perscrutatione delectantur.

Tabu-

Tabulae explicatio.

Fig. I. Pinnarum Lonchitidis extensio duplicata;
suis floribus (B. B.) (C. C.) onustarum in pri-
ma vegetatione (a. a.) & ultima (w.)

Fig. II. Pinnae Polypodii extensio triplicata, ubi
flores (C. C.) prospiciuntur, in prima vegeta-
tione (a. a.) in secunda (8. 8.) & ultima (9.)

Fig. III. Folium Hemionitidis suis capsulis (n. n.)
floribus (C. C.) onustum.

Fig. IV. Rutae murariae folium floribus (C. C.)
ornatum.

Fig. V. Osmundae flores (C. C.) in botrum
dispositi, in quorum centro stamina, antherae-
que clarissime introspiciuntur (*).

Fig. VI. Pinnulae Lonchitidis extensio triplicata,
ubi prospiciuntur flores (B. B.) (C. C.) ibi si-
mul vegetantes (2.)

Fig. VII. & VIII. Plures flores (C.) suis pediculis
innixi, ope Microscopii adaucti.

Fig. IX. & X. flos (C.) distincte & separatis,
ope Microscopii adauctus & expressus, per
maturitatem in partes duas divisus, (e.) in cuius
sinu clare patenterque conspiciuntur stamina
apicesque, tubam & uterum circumdantes (*). (♂)

Fig. XI.

Fig. XI. Lonchitidis pinnulae extensio triplicata,
ubi flores (B. B.) in prima vegetatione inspi-
ciuntur suis apicibus (T. T.)

Fig. XII. Flos (B.) (ω.) in statu perfecto, sicuti
etiam in fig. I. & VI. (m.) semina.

♀) Capsula e folio Linguae cervinae, & He-
mionitidis separata, suis floribus (C.) decorata,
ope Microscopii amplificata.

BOTA-

Botanophili Romani

ad CL. Virum

*Jo. Christophorum Amadutiuu
Ariminensem*

Epistola.

Qua CL. V.

Jo. Franciscum Marattium

Vallumbrosanorum Antistitem

Ab Adansonii, Galli, censuris vindicat.

Non dubito, Amicorum optime, admirationi tibi fuisse iam meam in litteris mittendis tarditatem. Verum cum haec a plurimis, quae diu occupatum me tenuerunt, orta sit negotiis, aequum erit, Te diuturno silentio meo ignoscere. Nunc, cum occasio per tempus concessa fuerit, intermissas nostras Botanicae facultatis disputationes instituam. Fortasse etiam in tuas manus inciderit opus quoddam de Plantis (1.) Auctore cl. Adansonio

1) Familles des Plantes par M. Adanson &c.
a Paris 1763. To. II.

B

Gallo

Gallo, Regio Censore, & Academico Scientiarum, & Regiae Societatis Londinensis, quod Parisiis editum est anno 1763, quodque sane nec indocte prorsus, nec ineleganter elaboratum dixeris. Liber hic non nisi nuper ad me (siquidem non ita cito exterarum gentium opera ad oras nostras appellant) illustris Amici beneficio allatus est, quem cum diligenter legere aggressus essem, adnotandi plures inter ceteros alios, eiusdem Adansonii ambiguitatis errores occurserunt, quibus abreptus est in nonnullorum Botanicorum doctrinis exponendis, atque praesertim ex iisdem unus insignis prorsus, in quem ipse lapsus est, dum memorat clarissimi Marattii nostri Opusculum, quod est de vera florum existentia, vegetatione, & forma in Plantis Dorsiferis, sive Epiphylospermis, vulgo Capillaribus; quandoquidem eidem falso apponit, ipsum laudato loco duos apices in Dryopteri, cuius nunquam meminit, statuisse, quos ipse tamen insuper tuberculos inscriptos voluisset. (1). Verum

I.) To. I. Preface, pag. 136. Les etamines des Foujores ont été découvertes en 1739. par M.
de

rum quae est ista carpendi libido, quae in commentitias, ac cerebrosas prorsus feratur censuras? Nonne metuit Adansonius actionem legis Corneliae de Falsis, aut saltem novae in ipsum cudendae censureae argumentum? Primum quidem quovis pignore facile contendere, numquam Adansonium plantam illam examinasse, quam a Marattio nostro Dryopteris nomine appellatam sibi finge, nec umquam etiam vel ipsum titulum Libelli de Plantis Dorsiferis ab institutore nostro elaborati attente saltem legisse, quum etiam in eo referendo titulum alium invexerit. Verum antequam ulterius progrediamur, animadvertisendum est, ne somniasse quidem Marattium nostrum plantam, quam commentus est Adansonius, huiusmodi nomenclatura insignitam, inter Dorsiferas suas recensere, ut cuilibet legenti facile patebit. Quae omnia cum apparent

B 2 clarif-

de Jussieu, dans les memoires de l'Academie sur le Pilularia, & l'Lemma; M. Maratti les a indiquees en 1760, dans beaucoup d'autres Genres, mais il nous paroit etre dans l'erreur au sujet du Dryopteris, en prenant pour ses etamines 2 tubercules qu'il dit avoir apres sur la convexite exteriere de l'envelope des ses fleurs.

clarissime, pluribus haud opus est verbis. Unum tantum video intactum relinquи dubium, cui, brevissimo cum Adansonio ipso dialogo instituto, me satisfacturum confido. Quaero igitur a te modo Cl. Adansoni, an videris umquam huius modi plantam, tanta abste cum felicitate vindicatam, eiusque flores examinaveris? si responsum das, Te hanc vidisse, & examinasse, ut necessario debes, suppositum illico tuum corruet, dum vel intelligas de planta Dryopteris Amm. Ruth. 251. a Cl. Linneo recensita in classe 24. Cryptogamia Fili-ces, & presertim in familia Polypodiorum Spec. Plant. 1550, vel de altera Dryopteris planta nigra Dod. Pempt. 466, & a laudato Linneo descripta eadem in clas-se, & in familia Aspleniorum spec. Plant. 1541. Unde quaque ergo te vertas, Cl. Adansoni, ab erroris lapsu liberari non poteris. Si enim plantarum huiusmodi flores praevio examine paullisper considerasses, ipsos sine dubio invenisses formam praefereentes tantum C C. a Marattio nostro adsignatam, nec umquam formam B B. a laudato Marattio descriptam

in
auant est

in tractatu, quem nosti, Dorfiferarum,
 qui flores B B. numquam in aliis dorsi-
 feris ab ipso examinatis invenit, sed tan-
 tum in Lonchitide, & Filice, vulgo Ma-
 re I. R. H. deprehendit. Afferis insuper,
 Adansoni, te observasse, in Dryopteri non
 esse binos apices, sed potius duplicem tu-
 berculum. Si hoc ita est, quaero a Te,
 Adansoni, num dubitaveris ipsos apicum
 nomine donare, quia sunt instar tuber-
 culorum? Botanices periti, ut es, non
 ignorant, apices omnibus in plantis non
 eiusdem semper esse figuræ. Adde, Na-
 turam nec in superfluum unquam abun-
 dare, nec in necessariis deficere, ut pro-
 inde non ob aliam causam binos illos
 posuerit tuberculos ad uteri latus florum
 B B., nisi ut maturo tempore pul-
 viscum proiicientes plasticum, ovorum
 sedem in eorum medio positam fœcun-
 darent. Vide ergo, Cl. Adansoni, te
 caussa cecidisse. An hac ratione, hisce
 argumentis, & hac Epistola, qua mihi
 tecum agere libuit, Adansonii tricas, in
 Cl. Marattium nostrum confictas dissol-
 verim, tu, cui inter cetera disciplina-
 rum & multiplicis eruditionis genera

B 3

Bota-

Botanices, & Naturalis Historiae studium Arimini iam sub Cl. Iano Planco populari tuo, Viro vere Philosopho, ac vere Lynceo institutum, ac sub doctissimo Marattio nostro heic Romae non omnino intermissum, cuius quidem accuratissimas Praelectiones in Horto Botanico pluries excepisti, in amore est & in deliciis, facile dijudicabis, aut si quid a me praetermissum fuerit, addere etiam poteris. Ceterum ea mihi videor attigisse rationum momenta, quibus in Adansonium rem totam confecerim, ac cuilibet etiam ostenderim, falso Adansonium censuras suas in accuratissimum Marattii nostri Opusculum instituisse, quod quantae bonae frugis sit, & cuius ope quantum utilitatis & honoris incrementum Botanices scientiae accesserit, iam & vere sapientum, & ipsarum Academiarum non siccatus plausus patefecit. Verum antequam Epistolae finem imponam, addere etiam libet, ab Adansonio in laudato ipsius opere Battarrii tui *Fungorum Agri Ariminensis historiam* memorari bis, & tertio, sed altero in loco (1) eiusdem methodum repre-

1) Preface To. I. pag. 87.

reprehendi; cuius sane criminationis forsitan iniustae quoniam ratio nulla adducitur, ita nihil Adansonio reponi potest, nisi quis eum ad rationis tramites censuras suas instituere deinceps adhortetur. Mirum etiam mihi accidit, nondum Gallo homini innotuisse Planci tui editionem Φυτοβασιάνου Fabii Columnae, tot praeclaris ab eo additamentis locupletatam, et si ipsa peracta sit Florentiae ab anno usque 1744. Siquidem Adansonius in tabula chronologica Auctorum botanicorum veterem Columnae Neapolitanam editionem recenset. Hoc sane ignorasse botanices Professorem, & librorum scriptorem noluissem. Quid Plancus tuus de ceteris Columnae operibus, quae plures spopondit, nunc cogitet, velim aliquid scribas. Vale.

Dabam Romae ex Aedibus meis Kal.
Octobris anno a Christo nato 1768.

II
se
fe
qu
ov
in
fa
Ho
tis
rin
flo
gar
ba
pra
ter
mi

§. I.

Dari in plantis, quae vulgo perfectae audiunt, stamina atque pistilla, quae sexus organa constituant, quorum ope fecundationis negotium eadem ratione, qua in animalibus ope geniturae masculae ovi secundatio peragatur, nemo hodie in dubium vocabit, nisi qui naturam ipsam non viderit, vel perscrutari noluerit. Hoc enim phaenomenon in omnibus plantis naturam spectandum praebere, experimentis tam in plantis dioicis, quam in floribus hermaphroditis, sexualibus organis suis privatis, institutis abunde probari arbitror. Nisi enim ad fructificationem praeter seminis rudimenta requireretur materia secundans & activa, solae stirpes feminineae fructus prolificos proferrent. Ex-

Aperi-

perientia vero edocuit, stirpes solum
femineas, in hortis botanicis cultas, nun-
quam fructus edidisse, vi germinandi in-
structos. Exemplo esse possunt, *Pistacia Lent-
iscus*, *Terebinthus*, *Phoenix dactylifera*,
Zea Mays, *Cannabis sativa*, *Mercurialis*
utraque species *Lychnis dioica*, aliaeque
plures in hunc scopum exploratae a). Quod-
si castratione partes masculinae ante aurae
seminalis effusionem resecentur, efficitur,
ut semina, nisi germinandi facultate peni-
tus destituantur, minori tamen fecundi-
tate gaudeant. Quid quod generatio plan-
tarum hybridarum b), caprificatio c),
singularisque plantarum ad propagandam
stirpem propensio, quam non minus
ingeniose indagavit, quam accurate

CASIM.

a) CAROLI LINNAEI disquisitio de Sexu plantar.
cum adnotat. D. JAC. EDW. SMITH, & P. M.
AUG. BROUSONET, recusa in X. Volum. LINN.
amoenit. acad. edit. Erlang. 1790.

b) J. G. KOELREUTER, von einigen das Ge-
schlecht der Pflanzen betreffenden Versuchen,
Leipzig 1761. 8. Eiusd. Fortsetzungen der
vorläufigen Nachrichten, 2te und 3te Fort-
setzung, ibid. 1764 und 1766. 8.

c) LINN. amoenitat. acad. Volum. I. pag. 38.

CASIM. MEDICUS d) descripsit, necessarium ac mutuum utriusque sexus commercium in plantis perfectis satis superque evincunt; licet perspicacissimi etiam physiologi incerti adhuc haesitent, an rudimenta plantarum iam formata adsint in seminibus non secundatis, vel concursu dupli humoris prius formentur e)

§. 2.

An vero in cryptogamicis vegetabilibus eadem occurrant sexus utriusque organa, iis, quae in plantis perfectioribus inveniuntur, consimilia, de hoc non omnes semper convenerunt Botanici; plerisque semina, plurimis flores huic plantarum classi denegare conantibus.

Ita IOANN. RUELLIUS f), ut unum saltem ex veteribus adducam, plantas capillares, de quibus iam differo, plane effoe-

A 2 tas

- d) Histor. & commentat. Acad. THEODORO PA-
LATIN. Volum. physl. III. pag. 116.
 - e) MEDICUS kritische Bemerkungen aus dem
Pflanzenr. 15tes St. 1793. 8.
 - f) De Stirpium natura lib. III. Paris. 1536. pag.
847.

tas declaravit. „Sunt tamen, inquit:
 „nonnullae herbae veluti steriles, quae
 „florem nullum pariunt, ut Adiantum,
 „Filix, Polypodium; nam neque florem,
 „neque semen creant, sed veluti tristes,
 „solis foliis contentae colibus deficiuntur”.
 Et ubi de Filice differit, auctores, qui
 hac in specie semina, saltem his analoga
 corpora, viderant, refutare conatur g),
 tum quod sint incredibilia, tum quod
 THEOPHRASTUS, GALENUS, DROSCORI-
 DES, PLINIUS hanc sterilitatem arguant,
 neque medici vel Arabes, vel Persae ad
 magicas vanitates nati, seminis huius
 meminerint.

§. 3.

E recentioribus nominasse sufficiat
 NECKERI (h) observata ac dubia propaga-
 tionis modum in Filicibus spectantia. Is
 Morisonii, Tournefortii ac Staehelini ob-
 servatis, qui plantas seminales aliasque
 reproducere valentes in Filicibus cogno-
 verant,

g) Ibid. pag. 848.

h) Eclaircissement sur la propagation de Felicées
 en général, in Histor. Acad. THEOD. PALAT.
 Volum. phys. III. pag. 275.

verant, sua opponit de Filicum propagatio-
ne instituta experimenta, absque omni
successu et si frequenter repetita. In itinere
anno 1771. per ducatum Bergensem sus-
cepto, pulverem Osmundae regalis Linn.
follicite collectum, eidem terrae concredi-
di, ex qua planta materna originem dux-
erat, neque tamen, anno 1773. denuo in hanc
regionem redux factus, vel unicum germi-
nationis vestigium sese invenisse narrat. In
fine mensis Augusti eiusdem anni pulverem
Osmundae recens collectum ollae tradebat,
neque tamen quidquam e pulvere isto, ab
horti Manhemienis praefecto, quantum-
vis follicite ei indito, sese inde proger-
minare vidisse asserit. Eodem anno 1771.
Regiones Lauterenses montemque Don-
nersberg perscrutans, similia experimenta
repetebat cum pulvere Osmundae Linn. &
Ophioglossi vulgaris, absque tamen omni
successu feliciori. Contra in inferiori harum
plantarum parte carnosa protuberantium
quamdam semper observabat, e qua pro-
veniebat planta, illi simillima, ex qua ori-
ginem antea traxerat. Tandem eodem
anno 1771. cum pulverem Pterideos aqui-
liniae sevisset, detexit, Filicem hanc rege-
nerari

nerari ex eadem substantia carnosa, fibris organisata. Neque minus Equiseta, quae Filicum classi adnumerat, eadem ratione propagari contendit; observabat enim surculum Equiseti arvensis quatuor pollices circiter longum, in frustula unius pollenis magnitudine dissectum, eaque terrae commissa, vere anni subsequentis, plantas novas protulisse, plus minusve verticillatas. Hinc concludit: Filices aequae ac Equiseta ei Systemate sexuali proscribenda esse, pulvaremque in capsulis ac peltis eorum latentem haud semenis analogon quid continere, neque propagationi, neque fecundationi ullo modo inservire.

§. 4.

Etiam si NECKERUM fraudis alicuius arguere nolim, vel sic tamen dubito, an observata illius satis circumspecte fuerint instituta; sterilitatis enim & frustratae germinationis plures allegari causae possunt, ut pulvis etiam si seminalis humo natali commissus, tamen ad veram & iustum maturitatem haud pervenerit; anni puta coelique temperiem, ut alia taceam, quibus seminum, nimis exilium, ventis ac pluvias,

viis, diro gelu vel aestuanti calori expeditorum, proventus periclitari potuerit. Interea nemo est, qui hodie talem argumentandi rationem comprobet: stirpes per gemmas, radices, taleolos vel bulbos propagandas, ideo carere semine, aut semen eorum vi prolifico necessario destitui.

§. 5.

Iam aliorum observata, NECKERO caeterisque, qui Filicibus semina denegarunt, penitus contraria hic paucis proferre mihi liceat. WOLFIUS (i) in Osmunda|Struthiopteride semina vidisse perhibet, „quae fuere rotunda, magnitudine circiter milii seminis, superficie aequalis, coloris ex viridi & cincereo varii, duriuscula, nec inter digitos, ut capsulis solemine, friabilia. Quid quod oculatissimus ERHARTUS (k) tempore autumnali in aggere proximo vere exstructo virides quasdam maculas reperi-ebat, quas primo intuitu Anthocerotes, Blasias aut Iungermannias esse iudicabat.

A 4 Dili-

i) Dissertat. de Filicum seminibū, Jenae 1770.

k) Beiträge zur Naturkunde, Hannover 1788.

B. III. pag. 33.

Diligenti vero inquisitione instituta, cum stupore cognovit, millia plantarum iam iam e semine Polypodii cristati, Filicis maris & feminae fese evolventium, una cum Cotyledonibus bilobis, hactenus a LINNAEI asseclis acriter denegatis. Haec ipsa Cotyledonum exemplaria bene siccata manu b. ERHARTI collecta, aliasque iuveniles Filices accuratius inspiciendi & perquirendi occasionem comodam debeo praceptor meo, Cel. HOFFMANNO.

E recentioribus IOAN. LINDSAY (1) maturum Filicum pulverem seminalem in Iamaica crescentium cum terra natali mixtum, ollae inferebat, hancque in conclavi ante fenestras ita collocabat, ut facilius progressus inde secuturos observare posset. Contentum in olla semen singulis diebus aqua irrigabat, singulis aut alternis diebus exiguum terrae quantitatem in olla contentam ope microscopii sollicite explorabat.

Haec

(1) Account of the germination and raising of the Ferns from the seeds. in Transactions of the LINNEAN society, London 1794, Tom. II. pag. 39. &c.

Haec semina, quae primis diebus nullam subiisse mutationem videbantur, elapso 12. dierum spatio viridem acquirerant colorem, germinaque futurarum Filicum, radiculam sensim explicatam involucraque adhuc residua sub microscopio prodebat. Imo paucorum dierum spatio Filices iuveniles suis Cotyledonibus instructae in superficie ipsius ollae iam nudis oculis occurabant, muscis subtilissimis similes. Postea etiam ex aliarum specierum seminibus, solo humido ac umbroso mandatis, novas progerminare vidit Filices.

§. 6.

Quum itaque pro explorato statuere liceat, Filices vera ac secunda proferre semina, in iisdem materia secundans, seu organa masculina adsint necesse est. Sed undenam illa materies procedat, & quae partes organa ista constituant, id quidem dubitandi movendaeque controversiae ferracissimum praebuit argumentum. Auctorum igitur praestantiora cogitata ac observata de Filicum propagatione in medium protulisse haud inutile fore censui.

A 5

§. 7.

§. 7.

Ut chronologico ordine procedam,
 Ioann. RAJUS inter primos habendus vide-
 tur, qui Filicibus sexum attribuit; flores
 enim in Polypodii quadam specie colore lu-
 teo insignes contendit se vidisse (m). Paulus
 AMMANNUS eas iam inter plantas perfectas
 retulerat; quum ex eius sententia flores ha-
 beant, quae velut obtutum fugiant (n).
 TOURNEFORTIUS vero de Filicum quidem
 semine, non vero de flore earundem cer-
 tus, aequivocam iis generationem adscrip-
 sis videtur, classenque plantarum ex iis
 constituit, quae flore quidem, non vero
 semine careant (o).

§. 8.

MICELIUS (p) oculatissimus huius
 classis indagator, Filicibus distinctos flores
 attri-

m) METHOD. plant. emend. & auct. Londini
 1682.

n) Character plantar. natural. edit. a DAN. NE-
 BELIO, Francofurti ad Moén. 1700. pag. 153.

o) Institut. rei herbar. Tom. I. pag. 554.

p) In append. ad P. A. MICELII catal. plant.
 hort. Caef. Florentini pag. 135.

— 11 —
attribuit; referente I. T. TOZETTIO tales
in Adianto nigro iam detexit, quales
postea HEDWIGIUS pro veris organis ma-
sculinis assumpsit. „Huius flores, quem-
admodum MICHELIIUS in adversariis suis
adnotavit, „nil aliud sunt, quam filamenta
„exigua alba seu pellucida, globulis qua-
„tuor vel quinque sibi invicem superpositis
„constantia, sitaque in superficie caulum,
„seu pedicularum e terra erumpentium, ac
„nondum expansorum, inter squamulas
„plures reticulatas. Polytrichi flores, per-
„git auctor, similes hisce sunt, & inter pin-
„nularum divisuras nascuntur. Similes quo-
„que sunt flores Linguae cervinae & Poly-
„podii, verum ramosi sunt”.

§. 9.

LINNAEUM partes fructificantes Fili-
cibus non denegasse, in aperto est; „omnis
„enim species Vegetabilium flore & fructu
„instituitur, etiam ubi visus eos non de-
„texit (q)”. Nilominus arguit (r) PLUMI-
ERUM erroris, qui flores campanulatos, he-
misphaericos in Filice arborecente vidisse
puta-

q) Fundament. botan. pag. 139.

r) Eiusd. amoenit. acad. Tom. I. pag. 264.

putabat. Vereor, inquit, ne capsulas a seminum eiaculatione residuas, campanulae formam imitantes, pro floribus habuerit. Certe, quamdiu partes floris, praesertim stamina & pistilla descripta non sunt, de floribus nulla certitudo. Qui in America maximas Filicum species examinare possunt, eos aliquando Filicum fructificationem Europaeis cognitiorem reddere posse, non male praesagiebat. Sed mirandum est, LINNAEUM, de partibus planatarum sexualibus adeo sollicitum, ad corporiscula a Michelio antehac indicata & observata non attendisse.

§. 10.

Quae HILLIUS (s) in splendido opere suo de Polypodii quadam specie, quod vocat VARIOUS LEAF'D POLYPODIUM, enarrat, quum illud in paucorum admodum manib's sit, ipsius verbis apponere, haud gravabor.

Every seed-vessel is of a roundish form, and whitish, and its circumference is wound about with a jointed ring. Each

is

s) Vegetable System or a series of experiments and observations, Lond. 1759. pag. 144.

is supported by a long, delicate, transparent filament, by way of footstalk, which is terminated by the ring, and all these footstalk rise from the under part of the original papilla. The substance of the central part of each seed-vessel is spungy, like the open head of the papilla. The ring is membranous, as the verge of the leaf is, and its joints are brown. Therefore the construction is this:

The papilla is the receptacle of the fructifications, formed from the white part of the conic clusters. From this rise numerous Filaments, crowned with their ring of antherae, for each ring is a collection of antherae, every brown joint of it being one. These joints burst in water, as the particles of farina always do; but the central part never opens. This central part is in each a single seed. The miracle is the situation; instead being lodged in a capsule, it is fixed to the complicated anthera, and contained with in it, and when the farina burst, it receives immediate impregnation.

Thus

Thus the process of nature in the fern is the same, as in all other plants. What we call the seed, is a part, or continuation of the central substance of the stalk, which, when it has received from the bursting farina the rudiment of a new plant, ripens, defends it, falls, and bursting by the warmth and moisture of the earth, grows.

The seed is at first an empty membranaceous shell, when the anthera has burst, it appears full and yellowish, and then being opened, we se plainey the rudiment of a plant, covered with a yellowish waxy matter.

When the antherae burst, a fine yellow, pulpy substance issues from them, so fine, that it appears like smook; and in the midst of this is seen a small oblong body, a minute rudiment of a future plant.

That these joints of the ring are antherae, is certain, for I have separated them entire from the ring, and seen their powder burst in that condition. They are

are oval and white. The brown colour they seem to have in the ring being only shadow. I doubt not but the fructifications of the other ferns are of the same kind with these, and probably in many they are as distinct.

§. II.

SCHMIDELIUS (t) primum tubercula in averso Acrostichi Thelipteridis ambitu hinc inde provenire observavit, quae paulo curatius considerata, ab involucro secedente formata erant, quod a succrescentibus foetibus impellebatur, & in peltas seu orbiculos molles, membranaceos, laceros rumpebatur. Quamdiu hae peltae adhucdum recentes ac vegetae erant, apicibus lacinularum, non quidem omnium in omnibus, quam plurimarum tamen, globuli parvi inhaerere solebant, crocei coloris, & propter succum, quem continebant viscidum, splendidi. Ex his unus post alterum sensim evanescebat, postquam aliquod tempus duraverant.

Glo-

- t) Icones plantar. & analysis part. Norimb. 1762.
pag. 47 & 48. Tab. XIII. fig. 4. 6. 7. 8. 9.

Globulos hos succo fecundante sive masculino plenos esse, aut ex eius abundantia ortos, aut organa masculina explicita esse, non male sibi persuadebat acutissimus vir, & id eo magis, dum similis unus aut alter globulus annulo aut ipsi capsularum corpori adhaerebat.

§. 12.

Eodem fere tempore GLEICHENIUS (u) de indagando Filicum sexu sollicitus, Polypodium vulgare & Rutam murariam microscopio inquirens, subter involucrum, caute detractum, in aversa frondium parte vascula spiraliformia ac puncta gemina, propriis suis spiraculis dotata, invenit, eaque filamenta antherifera, puncta autem antheras esse statuit. Pollen autem, quum adeo subtile deprehenderetur, ut armatissimum ferme oculum refugeret, exinde stigma glandulae futurae soboli in se recipiendae, quae secundum GLEICHENIUM in antheris delitescit, destinatum admodum exiguum esse debere existimabat, frustra

u) Das Neueste aus dem Reiche der Pflanzen,
Nürnberg 1764. pag. 24. Tab. 3. fig. 6. &
pag. 31. Tab. 24. fig. 9.

frustraque quum vel maxime auctis lenti-
bus iteratisque vicibus illud explorasset.
Unde vascula, subter involucrum lati-
tantia, cum iis, quae ad ovulum semi-
nale seu ad tubas transeunt, adeoque cum
pedicello capsulae sphaericae connexa esse
contendit. Illud vero quum a concentu
naturae nimis dissonum haberet, stigma
in intersticiis annuli articulati positum esse
coniecturabat. Ast tale ibi non detegens,
eo tandem delatus est, ut vasa subter in-
volucrum spiraliformia antheras, vascula
autem epidermidis capsularum canales ger-
miniferos habendos existimaret. Sed hanc
opinionem accurate refutavit (x) HEDWI-
GIUS, similem structuram in epidermide
aliarum quoque plantarum locum habere
afferendo.

Ritorni idoneo §. 130. rey Opere /
bon OEDERUS (y) organa mascula in an-
nulo, cum Hillio, cuius tamen non me-
minit,

x) Theoria generationis pag. 89.

y) Element. botan. pars poster. Hafniae 1766.
pag. 269.

minit, latere iudicat. Eius haec sunt verba: omnis haec fructificatio etiamnum satis obscura est; nam etsi plusquam vero simile sit, pulverem istum in globulis & capsulis latentem semen esse, minime tamen liquet, utrum etiam in hac classe diversus sexus obtineat, atque partes analogae staminum ac stylorum adsint, nec ne. Quid si in illis speciebus, de quibus modo diximus, globulos annulo cingi, annuli huius sphaerulae antherarum loco fuerint, globuli granula semina fint, impregnatio eo momento contingat, quo fracta ab annulo elastico, globuli crux rumpitur? & quid si in reliquis, quae annulo isto carent, prolificum pollens una cum semine in globulo aut capsula inventiretur contentum?

Obstant vero huic opinioni potissimum duo gravia momenta. Primum quod attinet, mutationes in globulis praecedente tempore contingentes, evidentem globulorum, quando dehiscunt, maturitatem satis commonstrant, fructificationisque actum globulis adhuc teneris, non vero in ipso momento explosionis pulveris, quem

quem globuli intra se continent, celebratum fuisse. Et quod alterum spectat, Fili-
lices, annulo destitutae, eodem iure alibi
partes masculas, quam in capsulis laten-
tes habere possent.

§. 14.

WOLFIUS z) eorundem filamentorum præsentiam, quae Michelius antehac iam observaverat, in nonnullis etiam confirmat. Is enim in Ruta muraria vidisse perhibet corpuscula, quae duplicitis essent figuræ, alia longa iam arefacta, ex tribus filamentis per alia transversaria inter se connexis constantia, alia breviora adhuc dum pellucida, quorum superior pars per microscopium callosa adparebat. Quae tamen filamenta pro solis floribus masculinis venditare non audet; cum duplicitis sint structurae, neque polleni distinctum in iis cernatur. Neque arefacta corpuscula mares, nec pellucida feminas vocari posse iudicat; cum ambo mox exsiccentur. Globulos copiosos, in inferiore pa-
gina frondis ex velo villoso prorumpen-
tes, maiori iure fructificationis vicem ge-

B 2

rere

z) Dissert. de Filicum sem. pag. 24.

rere, & nisi utrumque, sexum feminem-
um tamen constituere, & filamenta meras
glandulas esse vero illi propius videtur.

§. 15.

KOELREUTERUS (a) de generatione
vegetabilium meritissimus, Filicum involu-
cra masculorum officio fungi, in iisque
oleoso - liquidum sperma cum eo ovario-
rum miscendum, generari contendit; Fi-
lices enim, quas in floris aetate tempore
Maii involucris suis passim aut omnino
diversis temporum intervallis denudarat,
partim steriles, partim fecundas reperi-
bat, prout nempe serius aut citius hoc
integumento orbatae fuere. Sed & hic
quaeri potest: quomodo eae Filices fructi-
ficentur, velamentis hisce carentes? an-
non integra fructificationis officina plus
minusve hac denudationis methodo de-
struebatur?

§. 16.

CAROL. CHRIST. GMELIN (b) unum-
quemque globulum maiorem in aversa
fron-

a) Entdecktes Geheimniß der Cryptogamie, Leipz.

1777. pag. 75.

b) Consideratio generalis Filicum, Erlang 1784.

pag. 21.

frondium parte situm, semina in se continere, ideoque pericarpium quoddam, &, dum germen, quod continet, adhuc immaturum sit, pistilli partem praecipuam constituere, non male iudicat. Ubi nam vero stylus & stigma quaeri debeant, id illi non satis liquere videtur. Quod ad stylum attinet, eum, qui in multis plantis perfectioribus, v. g. in Parnassia, Reseda, desideretur, etiam hic commode abesse posse concludit. Ita vero involucrum structum esse, ut stigmatis vice materiam fructificantem resorbeat, illi eo minus cum veritate congruere videtur, quo saepius in quibusdam Filicibus hoc ipsum involucrum deficiat. Hinc globulos adhuc teneros (quae eadem est Schmidii sententia) atque eos potissimum, qui crassioribus instructi sint annuli dentibus, stigmatis partes explere, vero putat similius. In Filicibus autem, annulo destitutis, superficie globulorum quamquam partem, quamvis observationibus nondum determinatam, ostioli necessariis vasculorum, liquorem prolificum absorbentium, instructam, quae, ut plantarum quarundam perfectiorum stigma admodum exigua fit,

B 3 eius-

eiudem vicibus fungi, non absonum illi
videtur. In assumendis staminibus seu
potius antheris (nam filamenta non mo-
ratur, quippe quae etiam in nonnullis per-
fectoribus saepe desiderentur) a GLEICHE-
NIO, vascula spiraliformia cum punctis
suis geminis subter involucrum superficie
inferioris latitantia pro antheris habente,
discedit, quum ista & in foliis plantarum,
quarum flores stamina sat manifesta habent,
reperiantur. Neque eorum sententia ei
magis probatur, qui secundantem mate-
riam involueri canalibus subesse existima-
runt; quod fabrica eorum ab omni anthe-
rarum structura recedat, potiusque in glo-
bulis, a SCHMIDELIO in involuci margini-
nibus detectis, & in omnibus Filicibus
facillime inveniendis, modo iusto tem-
pore inquirantur, iisque nisi distincto pol-
line, succo saltem quodam secundante
gravidis, partes istas masculas contineri
affirmat.

§. 17.

HEDWIGIUS (c) stamina vera suis an-
theris instructa in Polypodio, Filice mari,
femi-

c) Theoria generationis & fructificat. plant.
cryptogam. edit. alter. Lipsiae 1798. pag. 87.
& seqq.

femina, Phegopteride, Dryopteride, Asplenio Trichomane, Scolopendrio, Ruta muraria admittit, quae in aversa frondium parte ita sunt collocata, ut, dum frondes adhuc in circinos convolutae sint, stamina illa glomeres femineos ipsis oppositos contingere atque ovaria fecundare queant. Monet autem, stamina illa haud longe omnino durare, & non nisi in novissimis ac probe convolutis frondibus inveniri, sicque partes masculas extra dubium positas esse contendit. Sed GAERTNERUS (d) obiicit, non intelligi, qua ratione stamina illa capsulas, quae stigmate careant, secundas reddere queant, quae involucris plane obductae, &, ovulorum loco, mera adhucdum pulpa resertae sint; facillimum potius esse perspectu, tam ex ipso habitu & situ, quam ubi ista staminula propullent atque apparent, nil aliud esse, quam pilos glutinosos atque capitulatos, quales etiam ex multis aliis vegetabilibus, in primo evolutionis suae fervore constitutis, copiose prodire & cito quoque perire videamus (e).

B 4

Ob.

d) De fructibus & seminibus plantar. Stutgardiae
1788. pag. 37.

e) Malpigh. oper. omn. fig. 50. 54. 55.

Obiectiones autem hae contra HEDWIGII observata non magni sunt momenti;

1) Stigmata adesse possunt vel in superficie ipsius globuli feminei, vel in ipsa superficie involucri, quibus materia fecundans resorbetur.

2) Germina nondum ad fructificationem explicata fere omni tempore massa pulposa referta sunt, neque prohibet, quominus perfecto fructificationis opere in iustam magnitudinem excrescant.

3) Ex qua ratione GAERTNERUS glandularum officio fungi haec corpuscula asserit, ex eadem facillime demonstrari potest, stamina esse, nam

a) Uno eodemque tempore cum femineis partibus adparent;

b) Ita sita sunt, ut corpuscula feminea contingere & fructificationis opus peragere possint.

c) Ex observatis microscopicis HEDWIGI evincitur distincte in iis corpus gra-

granulosum adparere, quod omnibus antheris proprium esse solet.

§. 18.

GAERTNERUS denique, ut, quam ipse proposuerit, adferam sententiam, auctorum, a me in medium productorum, &, partibus, extra uterus positis, masculas tribui posse functiones statuentium adseriones idonea niti ratione negando, propterea quod partes istae, quas masculas putant, alii scopo inserviant, & nullum plane in Filicibus stigma adpareat, non alium idoneum spermatis officinae dari locum contendit, quam qui intra ipsam ovarii compagem positus sit, eadem fere ratione, qua in Pillularia (f) atque Marfilea papillulae fecundantes intra ovarium iuxta ovula collocatae sint, quas JUSSIAEI (g) detexit industria, aut sicuti in Equifeto mascula filamenta ipsis ovulis circumduci videantur, id quod HEDWIGIUS (h) monstravit.

B 5

A

f) Act. Gall. 1739. Tom. II. ADANSON, Famill. des plant. pag. 37.

g) Act. Gall. 1740. Tom. XV. pag. 31.

h) Theor. generat. pag. 33.

A veritate itaque vel saltem ab analogia non magnopere aberrasse Marattius putandus est, qui etiam in veris plantis Dorsiferis seu Filicibus externorum genitalium masculorum defectum interna feminarum partium organisatione suppleri asserit, indeque (multis adeo ante GAERTNERUM annis) necessario cogit, tam in his, quam in aliis plantis cryptogamis, masculas cum feminis commistas esse partes, & totum fecundationis negotium soli ute-
ro a natura concreditum esse. Quod MARATTII opuscolum, cuius tantum Centum exemplaria typis mandata exstant, a paucis visum & lectum, cum annexa editioni alteri (Romae 1768.) BOTANOPHILI ROMANI ad J. CHRIST. AMADUTIUM data epistola, qua MARATTIUM ab ADANSONII Galli censuris vindicat, mecum a praceptor, in hac scientia grato animo semper nominando, Cel. HOFFMANNO, liberaliter communicatum accurate typis denuo exscriptum ulteriori Botanicorum perscrutacioni subiiciendum curavi.

Errata.

- P. 3. Marattiani libelli, l. 19. (w)lege (ω)
P. 5. l. 7. (22) lege (2. 2.)
— l. 14. haemisph. — hemisph.
— l. 21. (B. B.) (c. c.) — (B. B.) (C. C.)
— l. 27. Neotliae — Neottiae.
P. 6. l. 1. (c c) — (C. C.)
— l. 9. subacta — subacti.
— l. 20. (c c) — (C. C.)
P. 7. l. 1. 4. 6 & 16. ponenda C. C. maiusculae
literae.
P. 10. l. 9. quod flores (B. B.) utr. — quod flo-
res C C aequo ac flores B. B. utr.
— l. 18. Ceterum autem notum est — Certum
autem est.
P. 13. l. 14. Post plantae infere aliquando flori-
bus (B. B.)

T h e s e s.

I.

Caloris & lucis principia diversa sunt.

II.

*Systema Brownianum multum a veterum
Methodicorum placitis differt.*

III.

Non dutur contagium scrophulosum.

IV.

Medicamenta simplicia praestantissima.

V.

*Apage instrumenta ad solvendam placen-
tam excogitata.*

VI.

Praematurae metus sepulturae vanus.

VII.

*Extraatio cataractae plurimis in casibus
depressioni praferenda.*


1318

ULB Halle
006 976 212


3



AB H 1979 (11/10)
Eg 20.



B.I.G.



SPECIMEN IN AVGVRALE
MEDICO-BOTANICVM

DE

FILICVM
PROPAGATIONE

CVI ANNEXA EST

A. J. FRANC. MARATTII
DESCRIPTIO DE VERA FLORVM
EXISTENTIA IN PLANTIS
DORSIFERIS

EX DECRETO

GRATIOSI MEDICORVM ORDINIS
PRO SVMMIS IN VTRAQVE MEDICINA
HONORIBVS

D. XIX JUL. MDCCXCVIII.

LEGITIME OBTINENDIS PROPOSIT

AVCTOR

JOANNES PETRVS HVPERZ
OLPENA - GVESTPHALVS.

ACCEDIT TABVLA AENEA

GOETTINGAE,
TYPIS GRAPIANIS.